Quod felix faustumq; esse jubeat SS. Trias!

ex Indultu

Magnifici & Nobilissimi JCTORUM in Illustrissima Electorali Leucorea

hanc

INAUGURALEM DISSERTATIONEM

De

GERMANORUM PRINCIPUM JURE.

PRÆSIDENTE


AUGUSTINO Strauch/ J.U.D.

P. P. Curiæ Provincialis Consistorij Ecclesiastici & Scabinatus Electoralis Saxon. Assessore.

pro

LICENTIA consequendi summos in Utroq; Jure honores Insignia & privilegia Doctoralia

In Auditorio Majori ad d. Novembr. habendam proponit, eamq; literatorum censuræ horis matutinis & vespertinis præsentat



JOHANNES TITIUS

Quedelburgensis-Saxo.

WITTEBERGÆ

Typis JOHANNIS RÖHNERI, Acad. Typogr.

ANNO M DC. XLIII.

VIRIS

Generosâ & antiqua Nobilitate Conspicuis, Magnifico, Amplißimo, Reverendo & Clarissimo,

BUSSONI von der Asseburg / in Neindorf / Pesikendorf vnd Falckenstein.

ACHATIO von der Asseburg / in Beyer Naumburg.

FRIDERICO LENZIO JCto, & Illustrisimæ Principi, Abbatissæ Quedelburgensi à consiliis Intimis.

M. GEORGIO TITIO Ascaniensium Archidiacono, Patruo.

Inaugurale hoc Exercitium

SACRUM

esse voluit, debuit

Autor & Respondens.

In Nomine Domini JESU CHRISTI DEI nostri!

I.

IMperium Romanum cui virtus & fortuna pariter æternitatem promittebant *Flor. in pr.ef.* ultra hominum memoriam ortu & occasu fines regiminis terminavit sui *Besold. de Jdict. Imp. Rom. c. 2* Quicquid hic vel alter orbis complectebatur, Victrix Aquila armis terrebat suis *Nov. 9. pr.ef. N 26. c. 1* Ad 90 usque gradus imperante Trajano in longitudinem & 45 in latitudinem ab Æquinoctiali Septentrionem versus sese extendebat *Marq. Freher. in not. ad lib. 2. Petr. de andlo c. 18. ref Vietor. de Caus. Exemt. Imp. concl. 2.*

II.

Sed quid tam stabile est, tam perpetuum ut nullam patiatur immutationem? *N. 7. c 2.* difficilius Imperia obtinentur quam parantur *Flor. 4. hist. c. 12.* in se magna ruunt, summisq; negatum Stare diu, in Parcarum Adamante scriptum erat: Sic quoque deplumata nostra Aquila Nobilibus sæpè membris avulsis *Alb. Krantz 10. Saxon. 8.* ut vix X. gradus tam in longitudinem quàm latitudinem comprehendat *Marq. Freher. d l.* Tenuis magni Corporis umbra *Sleid. lib. 3. de 4. Monarch.* ad finem enim properant quæ ad invidiam perducta sunt.

III.

Floridum nihilominus Corpus & etiamnum in reliquiis suis reliquo Orbi, modo sibi ipsi constaret, formidabile *Viet. d. tr. concl. 3.* Quarta adhuc Monarchia quæ juxta Danielis vaticinium manebit propitio fato quam diu hic Orbis erit *Cluten syllog. rer. cottid. c. 2. & 3.*

IV.

Germanorum hodie Imperium, quod à Carolo suo Magno ad sese transmissum obtinent; qui triplici titulo Jure sc. belli, autore Senatu Populoq; Romano & consensu Imperatoris Orientalis, id adeptus est *Carpz. ad L. Reg. c. 2. s. 8. n. 7.*

V.

Cum enim Italia gravi Longobardorum premeretur Onere, & Leo III. eru is oculis linguâq; abscissâ Caroli imploraret auxilium advolarit heros iste, Longobardos Italiâ pepulit eorumq; regem ultimum Desiderium Ticini cœpit *Cusp. in vit. Carol. Mag.* Quâ expeditione feliciter exantlatâ Pontifex S.P.Q.R cum auxilio destitutus fuisset, Constantinopolitanorum Imperatorum ignavia desidiâq; permotus, primò Exarcharum Vicariatum Imperialem, tum denique ipsa Imperatorum Jura, in quos L. Regia ea olim contulerat tanquam commissa sibi asseruit & vindicavit, tacitoq; quasi SCto & Plebiscito in Carolum nostrum eâdem L. R. ista transtulit: Cum enim in Augustissimo Christianorum festo ad D. Petri Aram consisteret, ejus capiti, dum nihil minus speraret Pontifex Diadema imposuit Cæsareum cuncto populo Romano acclamante: Carolo Augusto à Deo coronato, Magno & Pacifico Romanorum Imperatori vita & victoria *c. Adrianus 22 dist. 63. P. Bertius in comm. rer. Germ. l 2. c. 6. Lans. contr. Ital. Wurmſ. Ex. IP. 1. q. 12. Limn. d. IP. l. 1. c. 5. n. 6.*.

VI.

Non tamen Augusti nomine condecorari voluit Carolus noster antequam Nicephorus Orientis tum Imperator suo assensu priorem translationem corroboraret; Legatos enim Carolus Constantinopolin misit, & talem amicitiam cum Nicephoro inijt, ut deinceps in omne tempus Carolus ejusq; posteri in Imperio Germanico nomen Titulumq; Imperatoris in occidente veteriq; Roma gererent: Nicephorus verò & posteri ejus Novæ Romæ Imperatores in Oriente audirent. *ex Onuphrio Panvinio de Comit. Imper. ref. Carpz. de L. R. c. 2. ſ. 8. n. 9. Cluten d. tr. t. 4. l. 1.*

VII.

Falsum igitur â præsule Vaticano vi anilis Canonizatæ Donationis fabulæ *c. Constantinus dist. 96.* obtinere Germanos hoc Imperium, feudi adinstar; & qui secus docent non aliam merentur refutationem quam Othonis Wittelsbachii, qui stricto ense legatum Pontificis Adriani, spissum hoc mendacium evomentem in Principum Germanorum conventu prosecutus, absque dubio confodisset, nisi ipse Imperator restitisset *Bertius d. comm. l. 2. c. 6. D.* Schüß *de*

vica-

vicariat t.36 & 40. D. Finckelthauß *disp. feud. 5 t 2. Paurmeister de Jurisd. l. 2. c. 4.*

VIII.

Falsus quoque *Bodinus* quando *c. 7. Meth hist.* docet, quod Imperium hoc in Franciæ Regum familia primò fundatum & ad Germanos postea esset translatum. Decepit Bodinum nomen *Francicum*: dum enim Carolus noster Francorum Rex dicitur, idem est ac si nominaretur Rex Germanorum. Franci enim ex ea regione sunt orti, quæ inter Albim & Rhenum interjuncta Oceano alluitur *Hotoman. in Franco Gall. c 4.* confunduntur igitur vocabula Francken vnd Frantzosen, ex illis fuit Carolus non ex his: natum enim eum in Franconia in villa Ingelsheim, quæ à Moguntia 2000 millibus passuum distat, *referente Cuspin. de Vita ejusd. Carpz. de L. R. c. 7 S. 8 n. 3.*

IX.

Unde iis omissis concludimus (uti & t. 4) Imperatorem nostrum habere regnum post DEUM primitus à Carolo M. & secundariò ab Electoribus, nec est necesse, ut his Octavum velut Jovem Diis aut planetis cœlestibus ignem quendam fatuum apponamus, *Thomas Sagittarius de Jur. Com. palat. in proœm. l. c.*

X.

Vocatur autem & adhuc hodie Romanum das Römische Reich Teutscher Nation, etiamsi Roma decoctrix nominis sui jaceat avulsa, pristinæ venustatis spurcum cadaver *Hillig. Don. En. l. 17 c. 13. l a.* sicut enim olim Athenienses Urbe Relictâ Civitatem conservabant in navibus, ita Romanum Imperium Romæ Urbis mænia deserens in Germaniam cum Imperatore sedem transtulit, adeoq; Roma hodie est Viennæ aut ubi Imperatori placuerit nostro. *Lansius pro German.*

XI.

Appellatur etiam Sanctum das heilige Römische Reich/vel quod sub eo Salvator noster CHRISTUS nasci voluit suaq; nativitate Sacrum reddere, vel quod Ecclesiæ sacræ militantis potissima pars & membrum existat principale *Limn de Jpubl. t. 1. l. 1 c. 6. n. 3.*

XII.

Et dividitur in Caput ac Membra, *Thuan. l. 2. hist.* Caput omnium est IMPERATOR *c. 2. A. B* §. 2. R. A. *de anno* 1530. §. deßgleichen. *ibi*: als Römischer Keyser vnd Haupt / præcipuus totius mundi prin-

 ceps

ceps *c.futurum* 12.*q*.1. homo à Deo secundus, solôq; Deo minor *Tertull in libr. ad Scapul.* qui non habet parem ullum super terram, Summitas omnium *Chrysostomus de Imper. Theodos. hom* 2. *ad popul. Antioch.* quod nec Turcarum negare videtur Imperator cum ita Matthiam hoc nomine condecoravit nostrum, Auß den Potentaten Jesu dem vornemsten vnd zwischen dem geschlechte Jesu erwehlten vornembsten Herren aller Christlichen Völcker / einen versorger vnd administrator der gerechtigkeit (ex quo tamen ultimo solo velle præeminentiam asserere, svadendum haut est, video namq; Mahumetem III. & eôdem honore prosequi Gallum, ita namq; Henrico IV. perscripsisse legitur: Au plus glorieux Magnanime & grand Signeur de la croyance de Jesus Christ esleu entre les princes de la nation du Messie terminateur de differents qui Suivienent entre les peuples Chrustiens, Signeur de grandeur Majeste & richesse de plus grand Henry IV. Empereur de France. *Pier. Math. l. 6. nar. 4. de l histoire de Henry IV.*)

XIII.

Membra in 3. classes distribuuntur: Ubi totgemmas in ista Imperii purpura, quot personas habes. Circumsident enim medium suum Solem radiantia ista lumina velut per singulos Orbes sigillatim dispersa, ex quibus Electores VII. numero merito sunt primi, illi enim sunt Columnæ Imperii, quæ veluti alter Atlas ruinosi imperii molem gratia Dei ab interitu hucusque vindicarunt *Buxdorff in præf. ad A. B.* horum est Orbi Christiano caput eligere, cæteri quod adorent; *Bruning. de Univers. concl* 10. horum quoque si opus est, Dyonisios expellere, Nerones majorum more plectere, Wenceslaos augustatibus infulis exuere *Victor de Exemt. t.* 14. Quæ ingens potestas quomodo ad solos Septemviros delata sit, incertum est. *Bodin. l.* 2. *de Republ. c.* 6. fatetur se nihil quicquam hac de re apud Autores reperire potuisse. *Peucerus l.* 4. *Chron.* Dolendum est, ait, adeo de hac tanta re nihil aliorum scriptis expositum esse, ut vel quorum autoritate, vel consilio, vel quibus de causis vel quo tempore gravissimus Septemvirorum Senatus sit constitutus, vix conjecturis explicari potuit. Audacius alii procedunt & Otthonem III. autorem hujus Senatus constituunt *Bruning de Universit. t.* 9. Schütz *de Vicar. t.* 19. Schieferer *de Elect. orig. t.* 4. sed melioris antiquitatis periti

riti aliter sentiunt, Germanicorum Annalium fide edocti, diu post Ottonem III. tàm Reges Germaniæ, quàm Imperatores sicut antea fieri consveverat, à populo & principibus fuisse renunciatos, sicut id scriptum reliquit *Thuan. l. 2. hist.* Rectius itaque eos sentire *M. Martinus Titius parens meus b. m. venerandus me docuit in colleg. Polit. hic Witeberg. habito D. 5 t. f.* qui collegium hoc non certo aliquo Imperatorum vel Universi Imperii decreto introductum fuisse, sed tacito principum Imperii consensu paulatim irrepsisse putant interveniente longi temporis cursu, quo validior titulus non est, donec tandem per Carol. IV. confirmaretur, *cui consentit Paurmeister de Jdict. l 2. c. 2. Colet. de Jur. Imper. t. 47. Arum. ad A. B. disc. 3. t. 6.*

XIV.

Electores sequuntur Principes, quod nomen etsi varias patiatur significationes, nobis tamen impræsens denotabit ArchiDuces, Duces, Principes, Marchiones, Landgravios, Burggravios, Comites & Barones Imperii, qui partim Ecclesiastici, partim Politici existunt, & hi sunt, de quibus Carolus V. dicere fuit solitus: se in Germania imperare Regibus *Kirchn. de Republ. D. 12. concl. 8.* de quibus Maximilianus I. dixisse fertur se esse Regem Regum, Gallum verò regem asinorum, Hispanum hominum *Mantius loc. comm. loc. de Magistr.* & ut paucis multa complectar, hi sunt qui vulgò perhibentur tantum posse in suo, quantum Imperator in toto, quod tamen cum grano salis accipiendum prudentissimi monent Politici *Ming. de super. territ. t. 54. Becht. de salv. conduct. t. 158. Paurmeist. de Jdict. l. 2 c. fin.*

XV.

Tertium & ultimum Ordinem tenent Civitates liberæ, de quibus vid. *Limn. l. 7. Jp. per tot.*

XVI.

Capitis & membrorum propriæ suæ sunt dignitates, immunitates, potestates, & Jura: Quæ enim & quanta Imperatori soli sunt concessa? quorum radiis decus illud sublime splendorem ac præeminentiam habet, quæ non magis ab ipso divelli possunt quam radii solis à sole. Unde & Domanium Coronæ, Dos Regia & Thamiaca bona, sancta Sanctorum ossibus cohærentia Keyserliche hoheiten vnd reservaten appellantur, *Vietor d. tr. t. 13.* de quibus me remitto ad *Reinking de utroq; regim. l. 1. cl. 3. c. 11. & Meier de Jdict. p. 2. pos. 6. 7. & seq.*

seq. Animus etenim est hac dissertatione lustrare ea saltem, quæ Principibus competunt, non quatenus Electores aut Ecclesiasticæ personæ audiunt, sed quatenus Principes sunt & sic 2. classis.

XVII.

Habent autem illi dignitates & Jura sua post DEUM, partim ex Investitura & concessione Imperatoris, à quo omnes dignitates fluunt & refluunt, sicut flumina de mari, *Borcholt de Feud. c. 4 n.* 12. partim Jure successionis, Jure donationis, Connubii, pacti fraternitatis & aliis plurimis modis.

XVIII.

Cumq; omnia Jura versentur vel circa Personas, vel circa Res vel Actiones, §. *fin. J. de Im N. G. & Civ.* & nos eâdem methodo pergentes, Nostrorum Principum Jura hoc modo percurremus, non quidem ut singula adducamus (quis enim omnia posset?) sed saltem ut potiora.

XIX.

Offerunt itaque sese circa Principum nostrorum

PERSONAS

Tituli, qui etsi de Vento servire dicantur, nescio tamen quâ ratione in his Magnates sint observantissimi, *Baud. de Induc. Belg. l.* 2. quapropter impræsenti omittendum non est, quod Nostri Principes (I) rescripta sua ordiantur voce Wier q eô significent, se non simplicem & individuam sustinere personam, sed ratione dignitatis potestatisve repræsentare plures. *Limn. l. 4. c. 6.*

(II) Addunt etiam Wier von Gottes Gnaden / *Matth. Steph. de Jdict. l. 2. p* 1. *c. 7. n. 41.* (quod in Galliis nemo sine Crimine læsæ Majestatis, scribere audet, *Monf. de Serrez l. 1. c. 7 d' invent.*) Causa propinquâ omissâ ad remotam confugientes sine dubio ex modestia, memores quod tales sint Dei beneficio; prout illud de Willigi Primo Moguntinensium præsule, honorificè narratur, cum enim esset rhedarij filius rotæ imaginem (insigne unde Rota archiepiscopatus Moguntinensis) hinc inde depictam modestiæ monstrandæ causa cum hac inscriptione posuisse legitur: Willigis Willigis recole unneris & prioris fortunæ memor, qui nunc sis considera.

(III) Et hosce titulos sibi ipsis tribuunt, Nos ex summissione eos appellamus Illustres, Illustrissimos, Serenissimos, Celsissimos, Clementes

mentes Dominos, Unsere gnädige Herren / quæ tamen appellatio per se subjectionis argumentum nullum præbet, Cum verba ad Placentiam prolata nullam inducant obligationem. Sed quid his immoror? Aulicis ea relinquo & ad graviora me converto, ubi occurrit præcipuum, quod

(IV) Omnes ferè Principes nostri sint Status Imperij, haben Stand und stimme in Reichsversamlung / quæ sanè dignitas personæ est celsitudo, non glebæ pretium, sed summi Principis præmium. *Victor d. tr. concl. 28.*

XX.

Quæ verò requirantur ut quis possit Status Imperii vocari, varians Politicorum est opinio. *Limn. l 1. t. 1. c. 7. n. 65 de Jpubl.* contentus est eò solô, quod quis matriculæ Imperii reperiatur inscriptus. *Ampl. Dominus Christof. Beindorf Prætor gravißimus Patriæ meæ in colleg. Jpubl. D. 1. t. 33. post Besold. de Jdict. Imper. Rom. q. 8.* Quatuor requisita exposcit (1) ut Comitiis intersit, (2) matriculæ inscriptus, (3) certi quid pensitet, & (4) in territorio suo omnimodam Jdictionem exerceat. *Wehner in Obs. Pract. verb.* stand des Reichs & *Meurer p. 2. process. tit.* von *Exception* sachen requirunt insuper daß ein stand das Lehn/dignitates und Regalia von dem Römischen Reiche ohne mittel empfange.

XXI.

Magna quidem mihi & sancta est Magnorum Virorum authoritas, at cum & discipulo quandoque à præceptore dissidere concessum sit, liceat mihi in præsenti salva autoritate & ab his recedere paululum. A priori, quia parum nimis: à reliquis, quia nimium requirunt, & ut ab ultimo exordiar facilè patet, immediatam istam infeudationem necessariam non esse, *Victor de caussis Exemt. concl. 28.* Quis enim ignorat Duces Wurtebergicos (de quibus ita *Goldast p. 1.* der Reichssatzung *fol 27. §. 19.* Die Hertzoge von Würtenberg / so offte sich der fall begiebet / seind schuldig solches vom Hause Oesterreich als ein Afterlehn zuempfangen/doch dem Reiche seine gerechtigkeit / und denen von Würtenberg sein stand und stimme im Reich wie er solches zuvor gehabt/an gemeltem Hertzogthume in alle wege vorbehalten.) Ducatum suum à Domo Austriaca ut subfeudum tenere? quos tamen Status esse Imperii nemo negat.

gat. Nec omnimodam habere Jdictionem de substantia Status esse assererem, Abbatissa namque Quedelburgensis Illustrissima, Domina mea Clementissima, Status est Imperii, quod ex plurimorum Recessuum Imperialium subscriptione constat, merô tamen destituitur imperio, quod ibidem ad Serenissimum Saxoniæ spectat Electorem. Certi aliquid pensitare in necessitatibus plerumque quidem Statibus inest, attamen non ut adjunctum separabile ἄτομον εἶδος constituens. Statum enim esse personalis est dignitas, cum contributione quæ ad Patrimonialia spectat onera, nihil habens commune, reperiuntur namque status qui nihil contribuunt; Sic Domus Austriaca plurima tenet, ad contribuendum autem compelli nequit *Limn.l.1.c.7.n.97 de Jpubl.* Sabaudus, Cameracensis Episcopus Comitiis intersunt, nihil tamen contribuunt *d.l. Limnæus Victor d. tr. t.31.* Taceo quod Jus ipsum Exemtionis non raro approbetur, §. Wann auch ein außgezogner R. A. *de anno* 1548.

XXII.

Dico proinde sequutus *Præceptorem Arum. de Comit.c.4.n.1.* Statum Imperii esse personam vel universitatem Imperatoris & communi Procerum consensu in Matriculam Imperii receptam, eâ lege, ut ad Comitia vocetur, & de negotiis als ein Christlich Corpus vnd versamlung R. A. de anno 1512. ad Rempubl. spectantibus in commune deliberet.

XXIII.

Addo præter matriculam, Jus Comitiorum, nec immerito; ἐνεργεία namque participationis suffragiorum Status propriè definitur *Paurmeist. de Jdict. l.1.c.8.n.4.* & unica hâc & quasi propria notâ ab aliis Imperii subjectis secernuntur *Arum. de Comit. c.4.n.1.* Unde verissimè scripsisse *Reinking. d. tr. l.1.cl.4.c.1.n.21.* existimo, quando ait per necessariam consequentiam inferri: hic habet jus suffragii & in Comitiis sessiones igitur est status Imperii, & vice versâ, cum nemini hoc Jure uti fas sit, qui in Ordinibus Imperii non censeatur.

XXIV.

Quâ de causa non possum adstipulari *Limnæo*, Celebri alioquin Politico *l.1.c.7.n.91.* de Jpubl. prædictam argumentationem neganti:

gandi? Non enim ſequitur, ait, Status eſt, ergo vocatur ad Comitia. nam Magdeburgenſis & Bremenſis Epiſcopi Status ſunt, nec tamen ad Comitia vocantur. Verum tanti non facio hanc rationem, ut ab altera me ſeducat opinione; quid *Limnæo* reponendum *apud Viet. de Exemt. concl.* 32. abunde videre eſt, quo etiam brevitatis ſtudio lectorem remitto.

XXV.

Sed ne quid prætercam, *d. l. n.* 95 pergit *Limn.* Poſito omnes Status Imperii vocari ad Comitia, ſi quæſtio incidat de eo qui nondum ad Comitia citari potuit, aut ibidem comparere, quia forte nulla eo usque celebrata, quomodo quæſo ſeſe Statum probabit? an ſuffragiorum participationis ἐνεργείᾳ? an τῆς δυνάμεως allegatione? priorem non poteris allegare, quia nondum exſtitit. ſi poſteriorem adducit, obſcurum probat per obſcurum, recurrendum igitur ad Solam Matriculam. Ita iſte. Verum nec hoc in caſu ſoli fidendum eſſe dicerem Imperii matriculæ, ſed ſe Statum aſſerenti, cum probatio incumbat, poterit illa fieri per Protocollum Cancellariæ Moguntinenſis, videlicet ut inquirat quô tempore communi Imperatoris & Procerum conſenſu Ordinibus Imperii fuerit adſcriptus, quod ut credam movet me § pen. nuperrimi R. A. zu Regenßburg de anno 1641. ubi Princeps ab Hohenzollern & Princeps ab Eggenberg in numerum Statuum aſſumti ſunt, nec tamen ipſis Comitiis interfuerunt; probaturi autem ſe Status eſſe, quid impedit quô minus hac receptione id fiat? Verba Receſſus hæc ſunt: Und demnach die Hochgeborne &c. Eitel Friederich von Hohenzollern/ Joh. Antoni Fürſt zu Eggenberg und Wenzel Fürſte des Hauſes Lobkowitz zur Seſsion und ſtimme im Reichfürſten Rath admittiret und zugelaſſen/ Churfürſten und Ständen auch in dieſe unſere admiſſion gewilliget/ und es einzig und allein an wircklicher Introduction, dazu man aus gewiſſen urſachen nicht gelangen können gemangelt/ Als erklären wir uns/ daß obgemelte Fürſten und Stände des Reichs bey künfftigen Reichstage zur Seſsion und ſtimme wircklich ſollen gelaſſen werden.

XXVI.

Ad rem redeo: & (V) Jus Principum adduco, daß ſie freyheit haben umb Ehr und Ruhm mit Ritterlichen thaten frembden Potentaten

 ohne

ohne beleidigung des Vaterlandes vnd dessen angehörigen zu dienen/ R. A. zu Speyer de Anno 1570. §. Denselben wie anfänglich / R. A. zu Augßburg de Anno 1582 §. ferners obwol. *vid. Sleidan.l.24.p.712.*

XXVII.

(VI) Fœdera quoque pacis & securitatis causa inter se ferire possunt *A.B.tit.15.* ut amicis armis hostes terreant, suosq; tueantur, modo Imperatorem excipiant *l.2* Landr.*art.1.* Unde usitatæ istæ fœderum clausulæ, Mit vorbehalt der jenigen pflichten/damit er der Römischen Käis. Maj. als dem Oberhaupt verbunden vnd zugethan.

XXVIII.

Sed num ad tuendam quoque Religionem fœdera inter sese ferire possunt? Omninò. Si enim superior concessô Imperiô abutatur impunè ipsi non paretur *l fin. ff. de Jdict.* at quomodo magis excedantur Jdictionis termini, quomodo magis abutitur Princeps potestate, quam cum conscientiarum libertatem constringere satagit? Vetita est sævitia, Vetita per omnes gradus humanæ societatis potentiæ abusio. Thorus propter asperitatem scinditur nullo alioquin solvendus ense *c. literas de rest. spol.* quanto magis Princeps hic noster sacramenti vinculo liberabitur, ad aram ejus sit obedientia, non ultra *Norderm. de Jur. prin. t.35.* quæ enim major asperitas quam conscientiis dominari velle? Cœli arcem invadere & terræ potestatem plerumque perdere, qui conscientiis mortalium imperare præsumunt, Imperatoriè dixit Maximil. II. *P. Bertius Germ. rer. comm. l.2. c 6. Coler. de Jur. Imp. sect.72.* Svadenda non imperanda fides est, Principes nostri ut Nobiles & Generosi equi facili fræno non vi reguntur. Ad Orcum horridi Hispanorum Inquisitio in quâ vel in minimo fidei articulo disidenti confestim opponitur Syllogismus ex igne, aqua aut laqueo confectus, qui fortius quam qui primæ dicuntur figuræ concludit, quippe ubi mors necessariò ingreditur conclusionem, *Lans contra Hisp. Stleid l.19.p* 543. Patrum nostrorum memoria Anno videlicet 1530 Smalcaldiæ ejusmodi fœdus ictum est, quod justum licitumq; fuisse utique existimo, *Otto de Jpubl. c.11. Limn. l.4. c.8. n.28.* nec ignoro nostro quoque tempore in superiori Germania natum quoddam esse UNIO quod vocabatur, de quo tamen suspendo judicium, & lectorem ad *Carpz. de L. Reg. c.6. §.9. n.9. & Limn. d. l. n.34. remitto.*

XXIX. Quid

XXIX.

Quid si cum Exteris Regibus fœdera ineant Principes nostri? quin & hoc possint nullus ambigo, cum non meminerim id aliquo in loco eis esse interdictum, probabile autem est tam notabilem casum Imperatores silentiô non fuisse præterituros. Simpliciter tamen illud haut assererem, sed tum si ad defensionem & sine Imperii Imperatorisq; id fiat præjudicio. Atque ita Principes nostros cum Galliæ Regibus 47 fœdera contraxisse autor est *Bodinus l.1. de Rep. c.9.* Smalcaldici fœderis Socii Galliæ & Angliæ Reges de auxilio sollicitarunt, *Scleid. l.17.* & in fœdere Chambortico s. ut alii volunt Fridewaldico primas tenuit Galliarum Rex, *Arum. ad A. B. d.6. c.15. t.7.*

XXX.

(VII) Facultatem quoque habent Principes nostri & ignorante Imperatore aliorum sese committere protectioni. Nec exinde Imperio quicquam decedit, *Vict. d. tr. concl.20.* aut tantillum libertatis jacturam patiuntur, cum clientela nihil aliud sit inter Principes quam fœderata consociatio, qua alter alterius dignitatem Comiter observat, ut à potentiorum injuria tutior esse possit, *Richart Dieteri de summ potest. t.16.* Unde in vulgus natum schutz vnd schirm giebt keine Obrigkeit, schutz vnd schirms verwante seind keine Vnterthanen *Gail 2. obs. 4. n.1. Reinking de utroq; regim. l.1. cl.5 c.4. n.49.* Quamvis cautè agendum iis qui protectionem alterius ambiunt, ne inde occasio subjectionis oriatur, post protectionem namque primus gradus solet esse invasio, *P. Frider. 2. de process. Cam. c.14. n.2.* & sæpe quos opis causa evocamus, metuendos habemus. Qui enim protegit aut adjutat alterum, sæpe fit ejus Dominus quem protegit aut adjutat, sicut homo factus Dominus equi, dum illum contra cervum adjuvit. *Campanella de Monarch. Hispan. c.9. in fin.*

XXXI.

Sed an Princeps alterius principis subditos in patrocinium & protectionem recipere possit dubitatum memini? Regulariter ego istud negarem ob textus expressos *A. B. in tit.15. & 16. & R. A. de Anno 1529. §.* Wenn auch Churfürsten. *ibi*: Haben vns einmüngtich vergliechen / daß keiner des andern Vnterthanen des Glaubens oder andern vrsachen halben in schutz vnd schirm wieder die Obrigkeit nehmen solle. adde *R. A. de Anno 1548. §.* als weiland *circa fin.* quamvis non

nesciam

nesciam limitationes nonnullas hic proponi, quas inter non ultimæ sunt quod iis hoc concessum subditis, quibus id lex specialiter permisit R. A. *de Anno* 1551. §. es sol auch. *ibi*: daß hiemit den jenigen. Vel quos ad id Domini negligentia vel impotentia & sic summa cogit necessitas, quicquid enim eâ cogente agitur culp. bile non est, *c. ad limina* 30. *q.* 1. *eleg. Reinking de utroq; regim. l.* 1. *cl* 5. *c.* 4. *n.* 75. *& seqq*

XXXII.

Nec (VIII) sicco prætereundum pede, quod Principes nostri ditiones ita teneant suas, ut & in heredes eas transmittant, quod diversis accidit modis, modo enim ad solos masculos devolvuntur, modo & ad fœmellas exstinctis videlicet masculis, prout in Ducatu Juliacensi videre est: modo ad omnes æquali distributione servatâ, modo ad primogenitum tantum assignatis reliquis certis præfecturis unde competenter vivere possint, quod Gallis dicitur *Appennage*, nobis abgefundene Herren. Quandoq; etiam vi certorum pactorum ab una familia ad alteram ditiones regionesq; perveniunt, qualia sunt Pacta confraternitatum Erbverbrüderung, quæ *Schönbörner pol.* 2. *c.* 13. cum pacto confœderationis admodum confundit, hoc namq; Pacis Publicæ defensionem: illa successionem spectant confratrum mutuam. *Arum de Comit. c.* 1. *n.* 26 Gürich *de confratern. t.* 1 *l.b.* atque ejusmodi pactum inter Serenissimum Domum Saxonicam & Hassiacam novimus, quod sæpius fuit renovatum & in nupera quoque Pragensi transactione de Anno 1635. in vigore suo relictum. § Es sol auch der vhralten Erbverbrüderung des Chur- vnd Fürstl. Hause Sachsen vnbeschädigt seyn &c.

XXXIII.

Fruuntur etiam (IX) Principes nostri hôc privilegiô, ut testamenta condere possint observatis nullis solennitatibus, quippe quibus soluti *l.* 31. *de L.L* existunt.

XXXIV.

Immò (X) testari Jure militari semper valent, utpote qui milites pro salute Imperii excubias agunt, semperq; Imperatori militare dicuntur, *Gail.* 2. *Obs* 127. prout in Pactis Illustrissimorum confratrum Domus Saxon. & Hassiacæ legitur, Thun ermeldete übergebung gegeneinander kraft dieses Briefes in der aller besten form als solches Jurepublico militari vnd sonst zu recht geschehen kan vnd mag. *Limn. l.* 4. *c* 8. *n.* 139.

XXXV. Et

XXXV.

Et tantum de personis, ne in nimium dissertatio excrescat, sufficiat; ad RES festino, ubi primum locum suo Jure sibi vindicat Superioritas seu Territorialis Jurisdictio, quâ gaudent Principes nostri, die Hoheit/ die Landesfürstliche Obrigkeit/ die Landes Ober- vnd herrligkeit/ & hâc ipsâ dicuntur tantum posse in suo, quantum Imperator in toto, unde describi potest

XXXVI.

Quòd sit potestas s. Jus summi post Imperatorem Imperii ejusq; annexorum Regalium in omnes territorii subditos ex concessione supremi Principis quæsitum aut longo usu obtentum *Mingius de superior territ. n.7. Limn, de Jpub l.4.c.8.n.183. Reinking d. tr. l.1. cl.5. c.4. n.3.*

XXXVII.

Exercetur autem illa in plurimis actibus Religionis & Politiæ vel pacem vel bellum vel Reipubl. gubernationem, Justitiæ administrationem & emolumentorum perceptionem spectantibus.

XXXVIII.

Et primò quidem Religionem lustrabimus, quâ hodie seculi vitiò utuntur homines, ut Vestibus, quæ nisi cottidie habeant aliquid novi, non placent, *Lans pro Germ.* Ubi sciendum initiò Religionis Christianæ & antequam fastus flaminum glisceret, ne minimum quidem ullius rei Jurisdictionem habuisse Clericos, ne quidem in Sacerdotes ipsos, *Bodin. 3 de Republ. n. 277.* Tandem Carolus Magnus primò, deinde Fridericus *auth. statuimus C. de Episc. & Cler.* Causas Clericorum Ecclesiasticis judicibus dijudicandas tradiderunt, sequentesq; Imperatores ex devotione nimia in uno vel altero conniverunt, quô ipso malè sibi consuluêre optimi Principes, inde enim lente & velut per commode dispositos gradus adscenderunt Pontifices ad magnam illam quam jactant Jurisdictionis autoritatem; inde est quod *Fellin. in c.1 de constit.* scripserit: Papam non solum habere potestatem super cœlestia, terrestria & infernalia, sed etiam super angelos bonos & malos. Inde orta famosa illa non tantum in Spiritualibus, sed & temporalibus παμβασιλεία seu κύρια πάντων *gl. in Clem. ad nostram de haret. in verb. Ecclesia*, quâ LL. solutos *c. proposuit de concess. præbend.* nemini subjectos *c. si Papa dist. 40.*

Majo-

Majoresq; ipsô Paulô *c. Sacrosancta dist.* 22. superiores Regibus & Principibus *c.* 6 *extr. de Major. & obed.* se pronunciant. *Hillig. Don. Enucl. l.* 17. *c.* 10. *l. x.*

XXXIX.

Hodiè in terris nostris ad Principes & Dominos ditionum, qui papalem ejurarunt doctrinam, rediit Ecclesiastica hæc Jurisdictio Jure quasi Postliminij, vel ut verius dicam ex fiduciario contractu ipsis est credita & commissa *Hillig. d. l. l. Cr.* per celebrem illam Transactionem Passavij Anno 1552. inter Romano-Catholicos & protestantes initam, quâ INTERIM, id est, quoad usque Universale aliquod concilium s. Christiana amicabilisq; de Religionis negotio fiat compositio *M. Steph. de Jdict. l.* 2. *p.* 1. *c.* 7. *n.* 471 Principibus nostris Ecclesiastica Jura cum ipso territorio commissa sunt, ut moderno tempore verissimum sit illud, Cujus est Ducatus, Principatus & Territorij Jus, ejus etiam Cura Ecclesiastica. *N.* 3. *&* 6. & Spiritualis est Jurisdictio, quod & per Pacem Religiosam in Comitiis Augustanis Anno 1555. sub Invictissimi Caroli V. imperio promulgatam, sanctè promissum & in omnibus Imperatorum sequentium Capitulationibus sacramento firmatum.

XL.

Idq; per spontaneam & liberam utriusque partis transactionem, placitum & compositum Ferdinando Romanorum Rege vices Imperatorias cum plenissimo mandato gerente, *pr.* R. A *de Anno* 1555. Haben wir uns mit der Churfürsten Räthen und erschienenen Fürsten und Ständen / der abwesenden botschafften und Gesandten und sie hinwieder mit uns vereiniget und verglichen.

XLI.

Quô ipsô spissum eorum apparet mendacium, qui vi metuve extortam hanc Religionis pacem factiosè blaterant, *Compos. pac. Diligens. c.* 5. *n.* 48. tempore namque factæ pacis ejus non saltem omnis armorum strepitus quiescebat, sed & Mauritius, cui extorsio ista imputatur, ante biennium in prælio Brunsvicensi ictu globuli trajectus esse desierat, *Sleid. l.* 25 *p.* 739. *Syring de Pac. Relig. s.* 15. quapropter Ferdinando potius credimus, qui ipse confessus est, DEUM hoc pacis remedium clementissime sibi instillasse quo succurreret laboranti Imperio, Unde videant *aut. Antonom. & Anton. Possav. in caut. ad* *disc.*

Disc. de la Noue refer. Parth. litig. l. 2. c. 3. n. 14. quomodo cum Sacratissimo Ferdinando conveniant impudentissime hanc pacem semen serpentinum & venenum Diaboli appellantes.

XLII.

Dixi Pacem Religiosam per transactionem esse innitam, quod cum assero, cũ ipsô eorum opinionem rejicio, qui pacem hanc naturam meræ constitutionis s. pragmaticæ sanctionis habere assertum eunt, fœdus enim est & conventio quædam à Statibus utrinque discordantibus innita, in qua Imperator Pontificiis accessit tanquam compars alteri parti sese obligans, R. A. *de Anno* 1555. §. vnd damit. *vers.* so sollen die Käis Majest. quod in pure Imperiali sanctione inauditum est & inusitatum, in iis enim Decretis tametsi partes sint diversæ, Cæsar uni non accedit, sed tanquam Imperij caput auditis & pensitatis eorum sententiis quod justum est & utile decernit. Quid multis? in scripto quodam Romano-Catholico Anno 1576. in Ratisbon. Comit. edito cui tit. Die bedencken ob die begehrte freystellung von den Catholischen solle oder möge nachgegeben werden. hæc habet: Was in dem Anno 1555. zu Augspurg von allen Ständen aufgerichteten / bewilligeten/hochbeteureten Religionfrieden von Churfürsten/Fürsten vnd Ständen eingangen / das hat nicht alleine kraft eines schlechten des H. Reichs abschieds / sondern vielmehr ist solches eine vergleichunge, Vertrag/ Transactio vnd Verbündniß. *vid. omninò Compos. pac. Diligens. c. 5. q. 25.*

XLIII.

Ex quo sponte fluit Imperatoriam Majestatem ex plenitudine potestatis nullatenus posse huic Pacificationi vel quicquam derogare, vel eam in præjudicium unius partis immutare, tum ob Religiosam assertionem jusamento æquiparandam R. A. zu Augspurg *de Anno* 1555. § 7. Damit solcher friede. *ib:* alles bey Käyserlichen vnd Königlichen Würden/ Fürstlichen Ehren vnd wahren worten/ tum ob beneficiorum omnium factam renunciationem *d.* R. A. §. solches alles. *ib:* Vnd darüber weder jtzo noch künftig / aus volkommenheit oder einen andern schein nichts fürnehmen/ handeln oder außgehen lassen/ & clausulam antiqui Juris adversi abrogatoriam, *d.* R. A. § vnd sol alles was in vorigen Abschieden versehen vnd diesem friede zuwieder seyn möchte / demselben nichts benehmen / derogiren noch abbrechen/

 auch

auch dagegen keine declaration oder etwas anders so denselben verhindern möchte nicht gegeben / erlanget noch angenommen/oder ob es schon gegeben/dennoch von unwürden und unkräfften seyn &c. quod, non solum de gloriosissimo Ferdinando, sed & de omnibus ejus successoribus verum est, quippe cum non tam Imperatores quam imperium per eos paciscatur ipsum, *Tr 1. d.6. t 7. l b. Syring. de pac. relig t. 17. & 19. d.* R. A. §. solches und jedes. *ib.* für uns und unsere nachkommen. *Compos. Pac. Dilig. c.5. n* 49.

XLIV.

Unde potius risu quam refutatione dignos existimo illos, qui saluberrimam istam Pacificationem Conciliô Tridentinô sublatam asserunt, nullitatem namque ejus sat examinavit *Summus Chemnitius*, ad quem omnium instar provoco.

XLV.

Verùm ut ad Principes meos redeam, quod *th* 38. dixi repetendum est, videlicet eos vi hujus Pacificationis habere Jura Ecclesiastica: puta *Jus patronatus*, quod in præsentatione & Nominatione Ministrorum Ecclesiæ occupatum est, acquisitum ex Dotatione fundatione & Ecclesiæ ædificatione, *c nobis de Jur. patron. juxta vers gloss. in c. pie* 16. q. 7.

Patronum faciunt *Dos*, *Ædificatio*, *Fundus*

& *Jus Episcopale* quod consistit in (1) *Ordine* cujus ratione Episcopis concessa est potestas docendi, verbum Dei, administrandi sacramenta, peccatores ligandi ac absolvendi, & hoc exercent Principes nostri per Superintendentes & Theologos suos. (2) in *L. Diœcesana* ad quam spectant Obedientia Canonica, administratio bonorum Ecclesiasticorum, eorumq; Vindicatio, Oeconomorum Constitutio, Decimarum perceptio, Visitatio &c. (3) in *Jurisdictione*, quæ versatur circa cognitionem causarum Spiritualium, Clericorum emendationem, remotionem & depositionem, cognitionem de gradibus in matrimonio prohibitis &c. quæ omnia per Consistoriales expediunt Principes Illustrissimi. (4) in *Statu & Dignitate*, quò privilegia refer & immunitates, prærogativam & bona Mensalia, Bischöffliche tafelgüter. *D.* Ohm *de Jur. Episc. th.* 16. 17. & *seqq. M. Steph. de Jdict. l.3. p.1, c.14. n.95.*

XLVI. Er-

XLVI.

Ergone Ministrorum Vocatio ad solos spectat Principes? Non: nec enim Monarchicé aut Democratice gubernari debet Ecclesia, sed in ea ejusq; regimine temperata sint omnia Aristocraticé. Sequela quidem est Territorialis superioritatis Ministrorum Vocatio, at non indistincte, ipsa namque Vocatio munus est totius Ecclesiæ pertinens ad Regnum Christi. Cura autem Vocationis ad potestatem illam spectat, *D. Winkelman de Jur. voc. Minist. D. 1. th. 3.* Magistratus non est tota Ecclesia, sed saltem membrum ejus, nec Dominus sed Nutritius *Reinking de reg. Eccl. c. 6 n. 5* hinc *Ming. de super. territ. c. 63.* eleganter ait, ad *Ordinem Ecclesiasticum* pertinet vocatio quo ad doctrinæ probationem, examinationem, Consecrationem & Ordinationem: ad *Magistratum* quo ad Superioritatem, Jdictionem. Ordinati confirmationem & postulationem: ad *populum* quo ad Consensum & approbationem. Breviter Status *Ecclesiasticus* de persona idonea consulit: *Popularis* approbat, *Politicus* decernit, *Reinking. de Regim. Eccles. cl. 6. n. 17 Wurmser Exer. Jpubl. 5. c. 45. Sleidan comm. l 14. p 355 ibi: si juxta LL.* atque ita in primitiva Ecclesia vocati Matthias Apostolus *Act. 1. v. 23.* Diaconi *Act. 6. v. 3.* & Presbyteri *Act. 14. v. 23.* sicq; docuit Papa Cœlestinus *c. Cleri & c seq dist. 63* Gregorius *c. quanto dist. 63.* Gelasius *c. plebs. d. d.* Pelagius *c. literas d. d.* ac Leo VIII *c. in Synodo d. d.* & contrarium qui peragunt *Sacrilegium* committere docet *D. Chemnitius loc. Theol. de Eccles. p. 134.*

XLVII.

Habent & Principes nostri vi prædictæ Pacificationis, Publicum tam Augustanæ quàm Catholicæ Religionis exercitium, & ejus mutandi ac introducendi potestatem *d. R. A.* 1555. §. und dar, mit solcher friede. *Ming. de super. territ. c. 61.* welche freyheit in Religions sachen der Stände des Reichs höchste und fürnembste Regal ist, juxta Mauritium Hassiæ Landgravium *ap. Limn. de Jpubl. l. 4. c. 8 n. 206.*

XLVIII.

Et de Politicis nostris Principibus dubium hoc meretur nullum, de Ecclesiasticis tamen ingens, qui licet impræsens nostræ non sint considerationis, libuit tamen attingere vexatam illam

conversiam, *Num liceat Archiepiscopo, Episcopo &c. à Romana recedere Religione inq; suum Episcopatum inducere Augustanam?* In difficilioribus Majores nostri jurabant sibi *Non liquere l 36. de re jud.* Utinam & hic mihi liceret idem. Ne tamen nihil agam, informatorem expectans, relator existam præcipuorum fundaminum utriusq; partis.

XLIX.

Catholici ad quæstionem Negative respondent omninò, dicentes ipsum quidem posse à Religione recedere Catholica, sed eô ipsô citra honoris tamen jacturam Episcopatum amittere propter *Reservatum Ecclesiasticum*, den geistlichen vorbehalt / vi cujus hæc potestas ei denegetur in §. vnd nach dem bey vergleichung dieses friedens streit fürgefallen / R. A. zu Augspurg 1555. Nec ipsis sua desunt argumenta. Ajunt enim Jdictionem Ecclesiasticam erga Laicos tantum *d.* R. A. §. Wo aber vnsere. non verò Clericos fuisse suspensam. Urgent quod ipsimet protestantes hanc controversiam Cæs. Maj. commiserint dijudicandam *d.* §. vnd nach dem bey vergleichung / *ibi:* vns gegebener volmacht vnd heimstellung / quæ ex plenitudine potestatis pro Catholicis postea tulit sententiam *ibi:* in krafft Röm. Käys. Maj. ex quo liquere volunt *d.* §. non partem transactionis esse, sed vim obtinere ac potestatem pragmaticæ sanctionis. Imò pergunt si Clericis data fuisset per d. Pacem Religionis libertas, factum id esset ad petitionem status imperij Catholicorum, aut Augustanæ Confessionis adhærentium: primum dicere Domitianum est, alterum ridiculum, quid enim de illis stipulari possunt, qui eos nil attingunt? quo respexisse videtur Ferdinandus I. in resolutione sua *anno 55. d. 30. Aug. in Comit. aug. exhibita quando in.* §. dieweil die jtzt angeregte / sic fatur, so köndten jhre Maj. nicht ermessen / mit was für fug oder billigkeit den Geistlichen der angeregte vorbehalt zu weigern sey / *Compos. Pac. Dilling. c. 7. q. 51. & seq.* & quid multis? volenti & consentienti nunquam fit injuria, nec eidem infertur dolus *l 34. C de transact.* constat autem *ex responso Cathol. in Comit. august. anno* 1559. *lecto* daß der vorbehalt mit des andern theils guten wissen vnd beliebung in den Religionfrieden vnd Reichsabschied kommen sey / quod in Edicto à Ferdinando II. 6. *Mart. anno* 1629. *de restituend. bon. Eccles. edito* ex Comitiorum protocollo anni 1555 latius ostenditur, probaturq; à protestantibus tandem fuisse conclusum, daß sie endlich hierin jhre

Käys-

Kays. Maj. keine form oder maass zusetzen wüsten/& sine contradictione d. §. prout nunc est, recessui insertum Cameræq; instar regulæ Judiciariæ commissum. Nec aliter laboranti patriæ consuli potuit, sæpissime namque auditum ex pontificiis, Wenn es ohne den geistlichen vorbehalt were gewesen/so hetten sie nimmermehr in den Religionsfrieden willigen wollen/quod & omni Jure potuissent cum protestantes non admittant, ut eorum Clerici salva dignitate & officio Ecclesiastico ad Pontificiam abeant Religionem, quicquid ergo iis justum, cur non & Catholicis *t, t. Quod quisq; Jur.*

L.

PROTESTANTES contra in *d. Comit. aug.* 1555. talem articulum inseri voluerunt. Si unus vel plures ex Electoribus Principibus, aliisve statibus a Catholica religione ad Augustanam, vel ab Augustana ad pontificiam transeat, quod tum Jura & bona sua quæ antea possidebat, sine cujusquam contradictione habere & retinere possit. *Compos. Pac. Diligens c. 7. q 52 pr.* quod Catholici admisissent, modo inserta fuisset vocula die Weltlichen/ ut intelligeretur clarè personis duntaxat Laicis tantùm hanc concedi potestatem *d. c.* Verùm id nunquam à Protestantibus approbatum testantur Politici, adeò ut ex iis non postremi nominis dicant quidam *d.* §. vnd nach dem bey vergleichung/ contraria consuetudine esse abrogatum Schönborn *l. 4. pol. c. 6. Frid. Mindan. de process. l. 1. c. 29.* quod quidem satis ego haut capio. Alii urgent potius illud, quod Protestantibus invitis & contradicentibus clausula ista inserta sit, uti ex ipso contextu, welches sich aber beyder Religionstände nicht haben vergleichen können. *Piene d. tr. concl. 32. Bertium de Comit. n. 36.* & ex variis solennibus protestationibus nec non scriptis à *Franc. Burghardo p. 1. autonom.* collectis patet. Quomodo igitur in causa Religionis *d.* §. pro decreto habebitur, cui consensus protestantium non accessit? qui nunquam pro parte transactionis fuit agnitus? *Crusius de pac. Relig. pt probl. 12. Streing. de Pac. Relig. t. 37.* Verùm ut dixi, censoriam virgulam peritiori trado, &

LI.

ad Principes meos reversus quæro. Si princeps Pontificiam vel vice versâ Augustanam Religionem territorio suo imponat, Numne liberum est Augustanæ Confessioni addicto ex ista emigrare regione

 & alibi

& alibi Religionis exercitio frui, vel si velit ibidem permanere & domi suæ Religionis cultum sine scandalo & offensione vicinorum peragere aut publicis concionibus in locis vicinis interesse, in tantum ut invitus princeps eum tolerare debeat? & in affirmantium descendo castra, quid enim iniquius quam ob veram pietatem audire *Veteres Migrate coloni*? quid absurdius? quam conscientiis dominari velle? *la pieté est un devoir de l' homme envers Dieu sur le quel le bras de la chair n' a point de puissance*, tandem moriturus dixit persecutor alioquin Reformatorum Henricus III. Galliæ Rex *apud Jean. Serres en l' invent. in vita d. Regis.* Ipsa Pacificatio nostra hanc litem dirimit, dum emigrationem voluntatis esse docet, §. Wo aber unsere/ R. A. *de* 1555. zu Augsp. *ib.* an andere Orte ziehen und sich niderthun wollen/ vocula wolten usi sunt transigentes quam necessitatem coactivam non inducere in aprico est per *l. 40 ff. de Jud.* & Carol. V. in R. A. zu Augsp. *de Anno* 1530. §. und nach dem wir in unsern Käyserlichen gemüte/ abitionem voluntatis esse non obscurè innuit, *ibi.* so noch des alten glaubens seind/ wollen wir Ihrer gelegenheit nach mit Leib/ Haab und gütern einen freyen abzug *&c.* quod cum nullibi correctum, cur stare prohibendum, *l. 32. C. de Appellat. adde* §. etliche Obrigkeit/ *d.* R. A. *Syring d. tr. c* 35. Glocke *de Vectigal. c* 63. *in fin. Cran. p. 2 probl. 1. d. tr.*

LII.

Bona quoque Ecclesiastica ut paucis attingam dico, ea vel à Protestantibus occupata vel adhuc in potestate Pontificiorum sita esse. De illis maxima hæc est: *Cœnobia, Abbatiæ aliaq; bona Ecclesiastica à Statibus nonnullis intercepta & ad pias causas conversa, si neq; ad alios Imperii Status spectant, vel tempore transactionis a Pontificiis possessa fuerint, suo loco penes nostros maneant, nec ullus pro his decernatur processus.* §. Dieweil aber etliche Stände und deroselben Vorfahren etliche Stiffte/ Clöster und andere geistliche güter eingezogen. *d.* R. A. *de Anno* 1555. cujus rationem exhibet Hortleder *tom 1 de caus. bell. germ. lib. 7. c. 2. n. 5.* ex Protestantium responso Legato Cæsareo anno 1537. exhibito, videlicet quod prius decidenda sit in libero concilio præjudicialis illa de Religionis veritate & sinceritate contentio.

LIII. At

LIII.

At numne potuit quis Principum nostrorum bona Cœnobiorum Reformatorum die Clostergüter in territorio suo sita post initam Pacificationem in alios pios usus convertere? Pontificij illud strenue negabunt: at quo minus ipsis accedam cogunt me sequentia. Certum (1) est nostros liberam habere reformandæ Religionis licentiam ergo & perconsequens bona Sacrata in ejusdem convertere Religionis utilitatem, sine quibus sumtibus reformatio fieri vix potest.

(2) Quia nemo propterea ullum interesse prætendere valet, non enim per Jura Canonum quæ Pacificatione nostra amortizata, nec per ipsam Pacificationem, quippe quæ saltem ad Status spectat, non ad quævis Religiosorum corpora.

(3) Quia in §. als auch den Ständen *d.* R. A. 1555 claré provisum, ut Ecclesiæ, Scholæ, Xenodochia in terris protestantium sita sustineantur reditibus iis, qui Statibus pontificiis exinde competunt. Quod si igitur concessum Protestantibus bona Ecclesiastica in suis territoriis sita, ad Pontificios autem spectantia in usum suæ Religionis adhibere, quanto magis ipsis erit permittendum illa bona Ecclesiastica suæ Religioni attribuere, in quibus alij Status Jus nullum habent. *vid. omnino Consil. German. Anonimi JCti ap. Matth. Steph. de Jd.Et. l.3. p 1 c.4 n.20.*

Taceo (4) quod ipsi Pontificij Monasteria quoque abrogant & mensæ Episcopali adjiciunt, cur non igitur nostris Principibus eadem bona usui magis pio destinare fas sit? *Syring. de Pac.Relig.t.40 in fin. Meier de Jdict. m 3 p 3 q.2.*

LIV.

Quotidiana quoque solet esse quæstio; an Principibus liceat bona piis usibus destinata ad formam patrimonialium seu feudalium redigere? & negativæ subscribendum esse opinor per *c. bene. dist. 96. c. sacrilegium 4. c. omnes 17. q. 4.* Res namque semel Deo dicata ad profanos usus transferri non debet *c. semel DEO. de R. J. in 6. l. 21 C. de SS. Eccles.* & res Ecclesiæ in proprios usus conferre summum impietatis crimen habet, ait *D Ambros. l 2 off. c. 28.* Aurum quippe Tholosanum continent & fundatorum devotæ Execrationes gravi effectu raró carent. Wer die Güter nimpt dem

sol:

sol Lunge vnd Leber im Leibe versöhren/ vnd wer das thut / den straffe O Gott deine hand mit armuth / kranckheit / schmach vnd schande. *Henr. Petreius Consiliar. Brunov. in tr. de Monaster.* Quod si quidam observassent, non opus haberent Pontificiorum audire sarcasmata, quæ linguî sat acerbi evomuit *Franz Burchart* von der freystellung *p.3.c.*16. sed parcite paucorum crimen diffundere in omnes. Et tantum de Religionis negotio dixisse sufficiat, jam adeamus Politiam, & quæ Principibus nostris ad bellum competant, producemus.

LV.

Habent autem *Jus conscribendi milites* in propriam, Imperii & aliorum salutem observatis tamen imperii LL. de quibus *v. Limn d. Jp. l.4 c.8.n.246. & Reink l.2. cl.3 c.1.n.20. Jus belli gerendi* & expeditiones suscipiendi ad offensionem & defensionem, modò sint justæ *A. B. c.* 17. *in fin.* nec fiant inscio aut invitô Imperatore R. A. zu Augsp. *de Anno* 1555. §. nach dem aber. *Ordinat Cam p 2. c.* 15. *Limn. d l. n.*243. *Wurms. Ex. Jpubl. 8. q.*21. Habent & *Jus subditos armis exercendi* & *delectum agendi* sie in wehr vnd waffen zuüben/ *d* R. A. §. nach dem aber. vnd zu mustern. *Jus sequelæ*, die folg vnd Reiß/ quod subditi Principem bello petitum sequi teneantur. *Jus armandiæ*, Zeughäuser zubawen / *Jus arces muniendi & fortalitia exstruendi*, modo non spectent ad Imperii & vicinæ provinciæ æmulationem aut molestiam, §. *Civitates de Pac. Const. Gail* 2.*obs.*69. *Jus aperturæ*, die öffnung/ quod belli tempore Principi arces & oppida etiamsi in feudum sint data, contra omnes censeantur aperta, daß sie wieder jederman zu des Landesfürsten Krieg vnd nöthen offen seyn / *Knich. de Jur. territ. c.4.n* 625. *Jus præsidiarios milites civitatibus suis imponendi*, die Stadt vnd Festung zu besetzen / ut ab hostium incursu serventur subditi illæsi, *arg. l.2. §.4. C. de off. præf. afric.* & *Jus hospitandi*, cujus virtute milites in domos suas recipere civibus injungunt, à quo onere excusatur nemo, *l* 11. *ff. de Vac. mun.* nisi ei à legē specialiter sit concessa immunitas, prout Dd. & Professoribus ea data est, *l.8. C. de Metat. l.6. C. de profess.*

LVI.

In negotiis ad pacem spectantibus plurima quoque ipsi tenent, quæ versantur vel circa subditos sibi adstringendi modum, vel circa beneficia, vel circa Justitiæ administrationem & Emolumentorum perceptionem.

LVII. Et

LVII.

Et quantum ad primum, sciendum Insigne Jus Principes habere nostros in receptione homagii, siquidem per Landsassios aliosq; subjectos Juramentum subjectionis die Erbhuldigung statim in ingressu regiminis, so bald er ins Regiment tritt, ipsis præstatur, quæ prima agnitio & confessio est subjectionis, *T. Michael de Jdict. concl. 57.* maximumque obsequii & humilitatis arguit signum, *Reinking. l. 1. cl. 3. c. 4. n. 2. de utroq; regim.*

LVIII.

Ad alteram classem *Beneficiorum videlicet seu Gratiæ* refero omnia ista Jura, ex quibus privilegia subditis in territorio suo indulgere possunt, qualia sunt *Jus asyla constituendi*, & locum quendam ita privilegiandi, ut homicidæ illuc confugere possint, non quidem ut immunes existant omninò, sed ut à carcere liberentur ac ex loco privilegiato commodiùs causam suam defendere possint *Rittershus. de asyl. c. 6. n. 2. Brunning de Univers. t. 28.* *Jus aggratiandi* seu pœnas capitales remittendi *l. 13. ff. de pœn.* R. A. zu Speyer *de Anno* 1526. §. es sol sich aber modo delictum lege divinâ non sit sanguine expiandum, nec enim inferior superioris legem tollere potest, & abominabilis est coram Deo, qui impium absolvit & justum condemnat, moriatur itaque Absolon & vivat Israel. *Norderman de Jur. prin. c. 47.* In aliis criminibus clementiam exercere poterit Princeps, quibus lex humana mortis sanxit pœnam, in læsa Majestate, in remittendis maledictis: *t. C. si quis imperat. maled.* in furto &c. *Brunning de Univers. t. 28. ubi demonstrat l. ad bestias ff. de pœn. malè huc à plerisq; adduci. Niell. D. F. 11. t. 2. l. d.* *Jus famæ restituendi*, *arg. l. 1. §. fin. ff. de quæst.* *Veniam ætatis concedendi*, *l. 2. C. de his qui ven. ætat. impetr.* (quæ lex etsi loquatur tantum de Imperatore, consvetudine tamen & ad Principes nostros extensa est) *Nundinas particulares concedendi*, Wochenmärckte anzustellen Euntibus & redeuntibus *salvum conductum* per vias publicas *præstandi*, die gleichliche Obrigkeit auch freyer Käyserlicher Heer oder Landstrasse zugeben / in quo casu si pedagium fuerit rectè exsolutum, Viatoribus regiam ingressis viam, si quid per rapinam aufertur, id resarcire debent territorii Principes, *Becht. de salv. conduct. c. 6. Knich. de Saxon. non provoc. Jur. c. 5. verb. soll.* *Jus delinquentibus securitatem dandi*, geleit zu

außführung gerümeter vnschuldt, *Knich. de Jur. territ. c. 4. n. 571. Gymnasia erigendi: Opificum collegia permittendi*, approbrandi eorumq; statuta vel confirmandi vel reformandi seu abolendi qualia sint, daß der Schäfer/Bader/Leinweber &c. Söhne nicht sollen in die Zünfte genommen werden;: item daß keiner seine arbeit wolfeiler als der ander anschlagen solle: Item daß einer was der ander angeschnitten/nicht außmachen solle &c. Reformation guter Policey zu Augspurg *Anno* 1548. *tit.* von den Handwercken. *& tit.* von des Handwerckers söhnen. *Judæos* recipiendi, *d. ordin. tit.* von Jüden vnd jhren wucher/ ubi notant Politici facilè eos à Principe non esse recipiendos, cum felix sit Respubl. in qua nec Abraham, Nimrod aut Naëman, receptos, tamen pro libitu non ejiciendos, sed certis conditionibus retinendos, de quibus *latè Reinking* [illegible]. *cl. 2. c. 2. n. 14. Limn. de Jpubl. l. 3. c. 2. n. 16. Jus Repressalias concedendi*, idq; de consvetudine & usu & quidem contra exteros, quô tamen nonnihi parce utantur, & probè servatis servandis, an petenti manifestè fuerit jus denegatum, an læsio sit enormis, an nullum aliud supersit remedium &c. *de quibus Limn. l. 4. c. 8. n. 322. Moratorias inducias* indulgendi, Anstand briefe ertheilen / quorum beneficio debitores fortuito casu damnum passi certi temporis dilationem accipiunt debitorum exsolvendorum werden Eisern /, cumq; id tempus plerumque soleat esse *Quinquennium* vocantur ejusmodi literæ Quinquenellen/ *Hil. lig. Don. En. l. 22. c. 9. l. g. Matth. Steph. de Jdict. l. 2. p. 1. c. 7 n. 389.* Non igitur danda sunt hujusmodi beneficia decoctoribus & abusoribus, quo respexisse videtur *Rollenhagen* im Froschmeuseler/ *quando salsè de iis ita disserit l. 1. c. 14.*

Da bringt der Teufel auß der hell
Ein Schutzbrieff mit der Quinquenell
Da wird der Fleischmann stahl vnd eysen *&c.*

& prosunt ejusmodi Induciæ, non saltem principali, verùm & quandoque fidejussori, Usurarum verò cursum iisdem exstingui, credibile mihi fieri nondum potuit.

LIX.

Ad tertiam classem *Justitiæ videlicet administrationem* revocanda est potestas Provincialia indicendi Comitia, Landtage außzuschreiben/ ut in iis Landsassii subditiq; compareant *Gail de arrest. c. 7. n. 14.*

c.7.n.12. indq; publicum consulant. *Provinciales Leges* condendi Facultas etiam Juri communi contrarias, adeò ut secundum eas Camera pronunciare soleat, *Ord. Cam. p. 1. t. 57.* von des Cammer-Richters Eydt. Item, *Edicta publicandi*, offene Mandata anzuschlagen. *Consistoria Ecclesiastica: Provincialia Dicasteria* erigendi, Hoffgerichte anzustellen. *Scabinatus* instituendi, *M. Steph. de Jurisd. l. 2. p. 2. c. 4.* *Judices, Praetores, Magistratus constituendi* & destituendi, die Gerichte zubesetzen: *Pondera, mensuras* & *ulnas* æquales injungendi: *à juramento* ad effectum agendi *absolvendi*: contra *LL.* quandoque *dispensandi*: Jus *indagandi*, das streiffen *l. 13. de off. praes.* Jus *archivi*, *Rul. de Commiss. p. 2. l. 3. c. 4.* & tandem *Jus Refortus* seu appellationes recipiendi: & merum mixtumq; Imperium exercendi, *Meier de Jurisd. p. 2. m. 4.*

LX.

In quarto denique Emolumentorum videlicet Ordine occurrunt, uno nomine, *Regalia*, (*Minora*) Potestas percipiendi *Novalium Decimas*: *Molendinorum* compendia: *Bona vacantia*, quæ ut indignis auferuntur, proscriptorum, contrahentium incestuosas nuptias, *2. F. 56.* Spuriorum & sine herede morientium. Refer & huc, quod utantur *Angariis* & *Parangariis*, id est, præstatione plaustrorum & navium, quibus adde ea subditorum Onera, quæ in *operis* & *serviciis* consistunt vel *determinatis*, gesetzte Dienste/ gemessene Frondienste/ vel *indeterminatis*, ungemessene dienste/ ad arbitrium tamen boni viri revocandis, qualia sunt, quod subditi cogantur die Pflugdienste/ Wagendienste vnd baufuhren zuleisten/ & qui ea præstant vocantur, anspanner/ hufener: item quod necesse habeant, das Getreyde abzuschneiden/ Heu zu machen/ Bottschafft zu lauffen/ & qui hæc expediunt, dicuntur Handfröner/ Korsassen/ Hindersiedeler &c. Accipiunt & quotannis Principes varias rusticorum pensiones, Kornpacht/ Geldtpacht/ Fastnachts Eyer/ Pfingstkäse/ Rauchhüner/ Herbsthüner &c. quæ ad præfecturas quotannis ridiculis interdum ceremoniis afferri solent. huc etiam pertinent *Argentariæ 2. F. 56.* id est, argenti, auri cæteriq; metalli fodinæ, *Salinæ* & quandoq; exinde competentes *Decimæ*. Jus *collectas imponendi* tam Ordinarias, Landsteuer/ Schoß/ Schatzung/ quam extraordinarias, Fleischpfennig/ Tranckstewer/ &c. quas omnes Turcæ *Hanm*

agnei Cain, id eſt, Sacrum populi ſanguinem appellant *Klocke de contribut. c. 74.* Jus *detractus*, der abzug/abefahrt / quem ſolvunt ii, qui lares commutant, & ex territorio hujus in alterius ſe conferunt, vel hereditatem ſuam exinde auferunt *Knich. de Veſtit. pact. c. 4. n. 288.* Relinquebatur autem olim Vigeſima hereditatis pars, quæ deinde ſublata per *l. fin. C. de Edict. D. Adr.* & hodiè cujusvis loci ſpectatur conſuetudo; nec ratione ſuà *detractus* iſte deſtituitur modo non ſit nimium quod poſcatur prout memini in notiſsimo loco petitam fuiſſe Tertiam aſsis partem, der dritte Pfennig/ quod non immerito iniquum videtur, *Rauchbar p. 1 q. 15. n. 28.* & *Brautlacht l. 6 c. 6 in fin. Epit. Jpubl.* Jus *piſcandi* ejusdemque reditus, & *Jurisdictio* quoque *Foreſtalis*, die forſtliche Obrigkeit/ quæ tanquam partes complectitur, *Bannum Ferinum*, die Wildbann/ & *Jus foreſti*, das Forſtrecht: Vi *banni* obtinent Venationem tam Superiorem, die Hohe Jagt des ſchwartzen vnd roten Wildprats / quam inferiorem, die Niedrige Jagt nach Füchſen oder Hasen zu richten/ zu beiſſen vnd zu lauffen/ alles feder Wildprätt / item das abſchrecken/ wann dem Hasen vor tage ehe er wil gen holtz fahren fürgerichtet wird. Vi *foreſti Juris* verò daß ſie Forſtmeiſter vnd forſtknechte beſtellen / qui prohibeant ne arbores excidantur, nemora devaſtentur & delinquentes in eo pignoribus captis coërceant pfänden ſie / hujus inſpector dicitur der Förſter: illius der Jägermeiſter/ *M. Steph. de Jdict. l. 2. p. 1 c 7. n. 433. Kolb de Venat. per tot.* qui quandoque ad oblectationem Principis Venationem inſtituit: Exercitium ſuô encomiô dignum, modo linea non transgrediatur, de quo caſu exaudio quod Venatio dicitur ars nequiſsima in *c. qui venationibus diſt. 86.* & Venator peccator *in c. Eſau d. diſt.* item quod Venator ſit beſtia ſedens ſuper beſtiam, manu vehens beſtiam, fune ducens beſtiam & inſequens beſtiam.

LXI.

Reſtat ut deſpiciamus Ultimum Juris Objectum

ACTIONES

videlicet; quô nomine hic complectimur non ſaltem formulas agendi *l. 42 ff. de furt. l. 45 de R. V.* ſed & ipſum quoque Judicium Ubi conſiderandum Principes noſtros id Juris obtinere, ut extra Imperii limites in judicium vocati comparere haud teneantur

Cranz,

Crantz. l. 10. Sax. 30. p. 2. Ordin. Cam. tit. 7. ibi : aber dieselben aus dem Reich Teutscher Nation nicht ziehen. *Capit. Cæsar. ap. Reinking l. 1. cl. 3. c. 8. n. 13. ibi :* Ausserhalb teutscher Nation) & ne fortè aliquid detrimenti pateretur hoc privilegium, Comitem Schwartzeburgicum ejus Conservatorem datum, meminit *Matt. Mager. à Schönberg de advoc. armat. c. 15. n. 386.*

LXII.

Citationes quod attinet, meminit *ex Goldast. Limn, l. 4. c. 8. n. 6. de Jpuls* aliquot solemnium antiquitus observatorum, videlicet quod in causis personam, honorem & territorium concernentibus ter erant citandi, ita ut primam exhiberet Princeps, reliquas Comes, Baro aut Nobilis, quæ tamen an adhuc serventur valdè ambigo.

LXIII.

Judicem eorum si respiciamus, pro ratione causarum ille varius est. Unde sic pergo. Si lis inter eos de feudo exoritur Regali Solus cognoscit Imperator non adhibitis Paribus Curiæ *c. un. §. præterea 2. F. 55. Ordin. Cam. p. 2. t. 7. tit.* Ob auch Sachen vorfielen Fürstenthumb / Hertzogthumb betreffent &c. *ibi :* Derselben erkäntniß wollen wir der Käys. Maj. oder abwesend uns als Römischen König alleine vorbehalten. Si igitur Camera in his non judicat, multò minus Pares Curiæ, illa namque concurrentem habet cum Imperatore Jdictionem, hi verò non accedit textus *A. B. tit. 5 ibi :* außgenommen der Fürstenlehn / & confessio Illustrissimorum Saxon. Ducum, in der Außführlichen deduction des Hauses Sachsen an den verledigten Fürstenthumb Gülich / Cleve &c. habenden Rechtens / *ibi :* Erinnern sich auch / daß der Käys. Maiestät vermöge der beschriebenen Rechte / des heiligen Reichs Constitutionen, der Cammergerichts Ordnung und üblicher observantz im Reich die cognitio und decision, als dem einigen unmittelbahren Richter alleine zustünde / die könden und wolten sie Käys. Maj. als gehorsame des Reichs Chur- und Fürsten nicht entziehen / quis autem affirmabit Illustrissimos Saxon. Duces Jus in quo versantur ignorare? Svavis quidem est *Limnæus h. t. c. 4. n. 1. & 32. & 55.* urgendo das Fürsten Recht / verùm utut anxiè quæsiverim, reperire tamen mihi illud nondum licuit, ne fas ergo esto ab Illustrissimis Saxon. Ducibus in hoc casu recedere.

LXIV.

Quod si Principi cum Ipso Imperatore in causa Feudali exsurgat dissidium, cognoscunt Pares Curiæ *2.F.55 in fin. Buxdorf ad A.B t.83. l b.* qui literas Sigismundi ad Archiepiscopum Moguntinum de Anno 1426. adducit, in quibus habentur hæc: P.P. Und wann die Sache des H. Reichs treffliche Lehn anrühret / zu welcher wir auch Recht zu haben vermeinen / so haben wir Fürsten und Graffen Raht drumb gehabt / und meinen daß billig sey, daß die sache vor dem H. Reichs Mannen außgetragen werde. *Niell. D.F. 10. th. 2. Anton. Godofred. D. F. 14. t. 2. l a.*

LXV.

In puncto verò Religionis Sola judex esse consvevit Camera §. Wir befehlen R A zu Augsp. *Anno* 1555. quippe cum Imperator Pontificiorum parti sese adjunxerit. *Cranius de pac. Relig p. 1. probl. 1.* qui verò pars est, Judex esse nequit, *l. 10 ff. de Jdict. l. un. C. ne quis in sua caus.*

LXVI.

Si de Turbatione Pacis publicæ, de violatione Constitutionum Imperii, de spolio, damno dato aliisq; agitur causis, Camera cognoscit & Aulicum Cæsaris judicium, quod cum illa concurrentem exercet Jdictionem *Arum ad A. B. diss. 3. t. 32. Syring. de pac. Relig. concl 54.*

LXVII.

In matrimonialibus quis inter Principes Judex? & apud Pontificios quin Papa sit, dubium est nullum: at inter nostrates cui judicandi debeant partes, adeò intricatum est, ut ingenuè fatear me me explicare ex hisce tricis nunquam potuisse, sed semper adhæsisse *Vult. ad l. 1. C. ubi Senat. vel Vir. Clar. n. 49.* dicenti hanc quæstionem Cæsareâ, statuumq; indigere decisione: Nec enim Imperator judex erit, cum is ex Pontificio dogmate spiritualibus sese non immisceat: Nec Camera, utpote in quam nec à Pontificiis (quod sine Papæ consensu fieri nequit) nec à nostris (penes quos Jdictio Ecclesiastica est suspensa) illa potestas translata legitur; imò illa ipsa ejusmodi cognitionem rejicit *Reinking de utroq; Regim. l. 3. cl. 1. c. 10. n. 34.* nec etiam ad Austregas pertinebit, cum Austregarum Judices sint Cæsaris commissarii ad definitionem

earum

rarum causarum, quæ alioquin coram Camera vel Imperatore essent ventilandæ. Quod si ais, coram propriis consiliariis & Consistoriis hæc lis expediatur: tum mihi executorem nomina qui in nolentem partem exequi possit sententiam? Suspendo proinde judicium & à Doctioribus informari cupio.

LXVIII.

Quid si Princeps delinquat in territorio alterius Principis? & ad Imperatorem spectare cognitionem asserit *Rutger Ruland. de Commiss. p. 1. l. 2. c. 3. n. 6.*

LXIX.

Tandem ne aliquid quod alicujus momenti esse soleat omittamus, Jus Austregarum Principibus nostris competens dissertationem hanc claudat Inauguralem. Vocantur autem Austregæ ideò weil alda des H. Reichsstände zweyung/zanck und jrrung beygelegt und außgetragen werden / describunturq; *à Magnifico Dn Friderico Lenzio Illustrissimæ Quedelburg. Abbatissæ à Consiliis intimis, Patrono meo suspiciendo in tr. de privileg. Immed. S. I. R. procer. Instant. t. 2.* Judicia in quibus ex Ordinationum Privilegiis Principum cæterorumq; statuum, immediatorumq; conventorum causæ in prima instantia, modo inibi præscripto discutiuntur. Cum enim mediate subjecti pluribus uterentur instantiis, ut si in una forte jus suum non satis deducerent, haberent quo id in Leuteratione, Oberleuteratione, Appellatione præstare possent, Iniquum visum fuit Mediatos coram Camera vel Imperatore statim conveniendos, deterioris esse conditionis *M. Steph. de Jdict. l. 2 p. 1. c. 3. pr. D. Lentz d. l. t. 9.* primâq; destitui instantiâ. Inventum igitur Austregarum hoc remedium loco primæ instantiæ, quod apud nonnullas familias ex certis oritur pactis stamaußträge/ gewillkührte und besondere außträge / vel ut plurimum ex generali Decretorum Imperialium dispositione dependet *Ordin. Camer. p. 2. c. 2. & 5.* Princeps ergo Conventus intra 4 septimanas ex quo causam scripto comprehensam ab Actore obtinuit, tenetur 4 vel Electores vel Principes partim seculares, partim Ecclesiasticos gubernantes, ex diversis familiis oriundos denominare, ut post denominationem factam intra 4 septimanas Actor unum pro Judice eligat, & electum de causa & adversario certiorem reddat. Quô

factô

factò electus ille requiritur umb der sachen annehmung und tagesetzung / & necessario illud in se suscipere, certoq; loco & die Consiliariis suis neutri parti suspectis designatis, causam cognoscere tenetur. *Ummius disp. ad process. 4. n. 42.* atque hæc de Principibus vera sunt. In Reliquis Statibus & immediatis (cum nostræ non sint considerationis) quæ serventur latius exhibent *D. Lentz d. l. Limn. de Jp. l. 9 c. 5* Schubart *de Austreg per tot. M. Steph d. l. nec non Zigler de Austreg. & Reinking de Utroq; Regim. l. 2. c. 16.* ad quos cupidum Lectorem ablego.

Tantum!

Soli Deo Gloria!

Ἐπίμετρα.

I.

Instrumenta Dotalia requiruntur ad legitimationem necessario.

II.

Negotiorum gestor tenetur de culpa levi regulariter.

III.

De bonis cujus meminit l. 7. C. de bon. quæ lib. filiusfam. testari nequit.

IV.

Exceptio pecuniæ non numeratæ post biennium opponi nequit.

V.

Vasallus non absurdè potest vocari Dominus directus.

VI.

Filiis in feudo novo consensu Domini alienato Jus Retractus non competit.

VII.

Feudum licitè alienatum intra 30 annos revocari potest.

VIII.

Sponsa cum altero consvescens gladio subjiciatur.

IX.

Testamentum apud Acta reconditum, num perpetuo ibi manere debeat: & an nihilominus sit Judiciale, etiamsi testator illud ex loco judicii auferat & domi in cista clausum illæso judicii sigillo recondat?

F I N I S.

